

# NOMINA

MENSVRARVM, AV

thore Philippo Melanchthon.

**S**extarius in Myropoliis adhuc in usu  
est. Conuenit autem cum ea mensura,  
quæ Vuittenbergæ dicitur ein Nossel,  
sed continet minus quartæ fere parte eins  
Nossels.

Sextarius duas Heminas continet seu Cotu  
Hemina, (clas.)  
Cotula, eadem.

Acetabulum,

Sextarius, duodecim Cyathos cōtinet, in  
quos eum Romani, tanquam Assem in  
Vncias distribuerunt. Sic accipiendum  
est illud: Næuia sex Cyathis, septem lu  
stina bibatur. Nam tot Cyathos bibe  
bant in conuiuiis, quot literæ erant in  
Amasiæ nomine. Et Suetonius scribit  
Augustum solitum senos Sextantes bi  
bere, id est, Sextariū. Nam Sextans du  
os Cyathos cōtinet, tanq̄ duas Vncias.

Congius sex Sextarios continet, seu duode  
cim Heminas. Congius fere drey Vuit  
tenberger kannen.

Chus octo Heminas, quibusdā etiam Con  
gius est. Metreta